Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



113

baltheo aaron filio & liberos eius. & inponeris
mitras. erunt q; sacerdotes mei in religione ꝓ populo.
Nam neq; hic de feminalib; amose accipiendis ꝑcipitur.
Unde liquido constat quod se hoc genere uestimenti.
ipse prius aaron ac filii eius indueran̄. & sic ad manum mosi
lauandi induendi unguendi. & consecrandi intrabant.
Ubi & hoc notandum quod consecraturus eos moses primo
lauit aqua & sic habitu illis sacri gradus inponit. quia ni
mirum necesse e ut qui ad officium altaris ꝑmouendus est
maiorib; se solito fluentis lacrimarum siue conpunctionis
tempr dedicationis abluat. Ut quo mundior ad gradum
accipiendum accesserit: eo perfectius acceptum consumet.
Posset autem in hoc lauacro baptisma sacri fontis intellegi. si
qua est consequentia ut qui in sacerdotium electus. tunc
primum aqua baptismatis in remissionem peccatorum ablue
retur. & non talium ordinationi contradicere apostolis
dicens. Ne neophytum ordines. ne in superbia elatus
in iudicium incidat diaboli. Indutus uero sacris uestibus.
pontifex mox oleo unctionis perfunditur. ut ꝑ gratiam
spiritsci consecratio perficiatur. Ne quod ea quae ꝑmissas
indumenta uistutum absq; gratia dei possimus habere: sed
quia maius necesse e auxilium. gratia tribuatur ad no.
ubi quis uel maiorem conscenderit gradum. uel pluri
mos fuerit regimini praelatus; Notandum interea qd